dimuſ inquit · & qd audiuimuſ ; Iohanneſ dicit ;
Hoc ſolum bene ſcire ſe dixit · qd audiuit & uidit ·
qui in xp̄i pectore recumbebat ; Ergo illi ſatiſ ē
audiſſe · mihi non eſt ſatiſ ; Sed qd ille audiuit ·
hoc mihi dixit ; & qd audiuit a xp̄o · hoc nec ego
poſſum negare · uerum ēē de xp̄o ; Ergo qd au
diuit audio · & qd uidit · audiui ; Ille enī uidit ;
Quid uidit · Non utiq · diuinitatē · quę ſecundū
naturā ſuam uideri non poteſt ; Suſcepit qd
erat pręter naturā diuinitatiſ · ut ſecundum
naturā corporiſ uideretur ; Deniq · & ſp̄ſ in
ſpecie uiſuſ ē ſicut columba · quia uideri di
uinitaſ in ſuae claritatiſ ueritate non poterat ;
Noli igitur & tu ſecundū naturā interpreta
ri · quod pręter diuinitatiſ naturam ē ; Nam
& ſi credaſ a xp̄o carnē ēē ſuſceptam · & offeraſ
tranſfigurandū corpuſ altaribuſ · non diſtin
guaſ tamen naturā diuinitatiſ & corporiſ · &
tibi dicitur · ſi recte offeraſ · non recte autem
diuidaſ · peccaſti · Diuide enī quod meū · diuide
qd ſuum uerbi ē ; Ego qd erat illiuſ non habe